



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

Titulus VIII. Religiosi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

## TITULUS VIII. RELIGIOSI.

§. 1.

Figurae, &amp; Symbola.

Num. 1.

Nazaraei.

**N**azaraei. Num. 6. 2. Apud Judaeos erant viri Religiosi: qui, ut liberius vacarent legi, & meditationi rerum divinarum, aliorum commercio se abdicabant, vel semper, vel ad tempus; & totos se Domino dedicabant. Nomen Nazaraeus significat 1. separatum Deo. 2. consecratum. 3. coronatum. 4. comatum. Religiosorum nostrorum sunt figura; ut docet. S. Gregor. Naz. orat. in laudem S. Basilii, Greg. moral. l. 32. c. 17. Sunt separati à communi hominum vita; coronati in capite, quasi reges, & Caesares, tam caeli, quam terrae. De quibus Thren. 4. 7. *candidiores*. &c. in nive, & lacte, castitas; in ebore antiquo jugis, & fortis, obedientia; in Saphyro, qui caelestis est coloris paupertas; qua spem in solum Deum figit. Cornelius hic.

*Ista est lex Nazaraei &c.* Num. 6. 21. Glossa ordinaria in c. 30. Num. leguntur diversa vota in Scripturis. Anna vovit Deo fructum ventris sui. 1. Reg. 1. 11. & Samuelem consecravit in templo. Jephthae Judic. 11. 30. quodcumque sibi post victoriam occurrisset: & occurrente filia, vota lacrymabunda absolvit. Alii vitulos, & arietes. Nazaraeus vero seipsum. Jonghen in Sacr. profess. Exh. 4.

*Candidiores Nazaraei ejus nive.* Thren. 4. 7. Nazaraei sunt hieroglyphicum Religiosorum; cum è sua sanctitate, & gloria, in vitia, & probra, Dei, hominumque, corruunt. Cornelius hic in hierogl.

*Non sunt cogniti in plateis.* Thren. 4. 8. Gilbertus f. 47. in Cant. de religiosis, qui crebris per plateas, & domos, discursionibus vitae regularis splendorem perdunt: quam admirabile nomen eorum, quando vix erant visi in plateis. Nunc autem nullò religionis discrimine distincti, & signati sunt à ceteris: ideoque non sunt cogniti, sicut Nazaraei, in plateis. Frequentia platearum dedecorat Nazaraeos, & speciem peregrinam inducit.

Num. 2.

Alia symbola, &amp; figurae.

*Issachar asinus fortis.* Gen. 49. 14. Hebr. *asinus osseus*. Chaldaeus: *dives in substantia*. Deut. 33. 18. *latere Issachar in tabernaculis suis*. Issachar Religiosus, qui jugum religionis, & laboris, alacer subit; dicereque potest: *ut jumentum factus sum apud te; & ego semper tecum*. Triplex solvit tributum religiosi cultus amoris, & obedientiae, Deo; proximo justitiae, dilectionis, subjectionis, continentiae, mortificationis. Cornelius hic.

Polyanth. Sacra, Tom. II.

*Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem.* Ex. 33. 11. S. Hieron. in Pl. 133. Habet Dominus Iesus, qui quasi ad faciem suam ministrant, puta Monachos, & Virgines. Cornelius hic. B. Jordanus secundus Generalis Ord. Praed. dicebat: Religiosos Deo servite tanquam cubicularios principis, qui ab ipso intime & familiarissime adhibentur. Jonghen p. 1. Exh. 4.

*Nolite perdere populum Caath de medio Levitarum.* Num. 4. 18. Tria sunt genera Religiosorum: primi, boni secundi meliores, tertii optimi. Hi signantur per tres familias Levitarum, Gersonitas, Meraritas, Carathitas: qui praeter ceteris filiis Israel deputati erant ad cultum sanctuarii; sicut Religiosi, praeter alios Fidelibus, in Ecclesia specialius videntur divino cultui participati. Primi Religiosi designati sunt per Gersonitas, qui in protectione castrorum portabant cortinas, & tectum, tabernaculi, & vela, & quaecumque tactu mollia. Tabernaculum est vita Jesu Christi, & morum ejus conversatio. Primi igitur Religiosi sunt, qui refugunt ardua, & austera, studia sanctitatis; & levia sibi assumunt exercitia, & magis laxam vitam servant. Secundi Religiosi designantur per Meraritas, qui interpretantur *amari*: qui portabant tabernaculi tabulas, & vestes, & illa, quae maxime erant media inter cortinas, & sanctuarium. Hi sunt, qui duram vitam in corporali exercitatione servant. Tertii Religiosi, & optimi, qui designari possunt per Carathitas; qui portabant ipsum Sanctuarium, id est, arcam, & altare, & mensam propositionis, obvoluta tamen, & cooperta. Sunt hi, qui student interiorem hominem, id est, mentem, in qua Christus inhabitat, per fidem componere, & ad veras virtutes exercere; & vitia carnis, & spiritus, extirpare. Prioribus duabus familiis jussit Dominus dari plaustrum ad subvehenda onera; filiis autem Cahad non dedit plaustrum, qui serviunt in Sanctuario; sed onera propriis portabant humeris: quia tam in humanis ordinationibus, quam in castigationibus corporis, permittitur aliqua remissio: sed in virtutum studio nulla remissio debetur. S. Bonaventura de reformat. mentis p. 1. c. 4.

*Tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes &c.* Jos. 9. 4. 5. *induti veteribus vestimentis &c.* Viri Gabaon interrogati, cur tali forma, & habitu, ad castra venerint? Josue responderunt: *nuntiatum est nobis: & disperdet cunctos habitatores terrae. Timuimus igitur valde, & providimus animabus nostris.* v. 24. Candidatus considerans Mundi pericula, quam multi in iis pereant, providebo, inquit, animae meae: volo totò vitae meae tempore degere in ministerio altaris Domini, cadens ligna passionum mearum; & aquas comportans lacrymarum; quibus lavetur inquinatum animae meae holocaustum. Jonghen, p. 1. Exh. 6.

Aaa a 2

Ferunt

*Jerunt ligna.* Judic. 9. 8. id est Clerici seculares, vadunt, ut faciant regem super se; id est, eligant Prælatum. Per olivam, ficum, & vitem; qui eliguntur, & non recipiunt; significantur contemplativi, sive Religiosi esse oliva per suavitatem conscientia; ficus per dulcedinem, quam sentiunt in devotione mentis; vitis per hilaritatem spiritualis lætitiæ; Cum ergo contemplativus non vult dimittere, pinguedinem charitatis, quam habet in contemplatione; neque dulcedinem, quam habet in devotione; neque hilaritatem conscientia: tunc ligna sylvarum, id est, mali, & infructuosi, præficiunt sibi rhamnium, id est, Prælatum; qui in principio mollis est, & postea indurescit, & aculeatus, & spinosus, efficitur: & tamen de se emittet ignem perverſæ conversationis; & se, & subditos, comburit incendio infernali. Hugo Card. hic.

*Omnia ossa mea dicent &c.* Pl. 34. 10. Ossa non possunt fleſti; nec Religiosi à regula sua. Hugo Card. hic.

*Quam dilecta tabernacula* Pl. 83. 1. *pro torcularibus.* Uva pendet in vitibus, & oliva in arboribus: his enim duobus pro fructibus solent torcularia preparari. Et quamdiu pendet in frutetis suis, tanquam liberò aere perfruuntur; & nec uva vinum est, nec oliva oleum, ante pressuram. Sic sunt & homines. Antequam accedant ad servitum Dei, fruuntur in hoc saculo tanquam deliciosa libertate, velut uvæ, aut olivæ, pendentes. Sed quoniam dictum est Eccli. 2. 1. *filii, accedens ad servitum Dei, sta in justitia, & timore; prepara animam tuam ad tentationem;* accedens quisque ad servitum Dei, ad torcularia se venisse cognoscit: contribulabitur, conteretur, comprimetur: non ut in hoc saculo pereat; sed ut in Apothecas Dei defluat. S. August. hic.

*Equitatus meo assimilavi te.* Cant. 1. 8. Religiosi, equitatus Dei. Conjugati sunt velut pedites; qui pedes suorum affectuum terræ figunt negotiis. At Religiosi sunt instar equitum, qui à terra sunt elevati, &c. de Ponte hic. Exh. 21. §. 1.

*Sicut greges tonsarum &c.* Cant. 4. 2. Quam bene Monachi tonsis ovibus comparantur! quia revera tonsi sunt; quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mundanum, in proprietate relictum est. S. Bernardus l. 63. in parvis. Apud Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8. Religiosi Nazarai.

*Dentes tui.* Cant. 4. 2. Monastica custodia professio per dentes significatur. Bernardus: dentes clausi sunt labiis, ne videantur: indecens enim est, cum videntur, nisi ridendo. Sic & nos materialibus circumcingimur, ne secularium oculis, & accessui, pateamus. Indecens est, si appareant; nisi interdum fortè ad risum: quia nihil turpius, quam Monachus per urbes, & castella, discurrens; nisi cum illa cogit, quæ operit multitudinem peccatorum; charitas enim risus est, quia hilaris est: læta quidem; non tamen dissoluta, de Ponte hic. Exh.

5. §. 2. Religiosi assimilantur dentibus, 1. quia dentes in carne radicati sunt; & tamen terminos carnis excedunt. Sic Religiosi, licet in carne sint positi, tamen præter carnem vivere debent. 2. Cor. 10. 3. *in carne ambulantes non secundum carnem militamus.* 2. dentes inter se nihil esse patiuntur. Sic Religiosi nihil inter se pati debent, quod charitatem, vel unionem, dividat. 3. Dentes, licet non ex se, tamen ex adjunctis, patiuntur: nam, licet substantia eorum ossea, & intensibilis, de se sit impassibilis; tamen dolorem trahit ob societatem carnis, vel nervi vicini. Sic Religiosi, ob amorem consanguineorum, vel secularium, de eorum malis dolorem sentiunt, quem per se non haberent. Geminiani l. 6. c. 53.

*Calathus unus ficus bonas habebat nimis.* Jer. 24. 2. Duo hi calathi, ait Lyr. sunt Religiosi, boni, & mali. Columella l. 3. scribit: ficus, quæ non maturerunt, nec dulcescunt, ex arbore excutiendas esse; ne arbor depravetur, aut exarescat. Ita à religione excutiendi sunt, qui genuinum ejus spiritum non suginunt; alioquin Religioni detrimentum afferent. Cornelius hic. 1.

*Non bibemus vinum.* Jer. 35. 6. Rachabita fuerunt de primis Religiosis, qui hoc dixerunt ad Jeremiam, in invitamentum eos ad potum vini. Hugo Card. hic.

*Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus.* Apoc. 12. 1. Hæc est animæ Religiosæ figura: amicta Christo justitiæ sole; Luna, vanitates, sub pedibus ejus, Jonghen p. Ex. 29.

## §. II.

## Religiosorum encomia, felicitas, honor.

*Uo ascendente ierunt cum eo omnes senes.* &c. Gen. 50. 7. Cum Jacob domesticis stipatus, divitiis potens, Ægyptum ingressus fuit; non legimus illi senes obviam prodisse, & honore excepisse. Modò defunctum comitantur omnes, dum sine opibus egreditur. Sic magis honoratur, qui, Mundò contemptò, exit ad Religionem, & domui Religiosæ sepeliendum se tradit: Alvarez hic Illustr. 338.

*Audi filia, & vide &c.* Pl. 44. 11. Persona Religiosa dicitur *filia*: quia, sicut filia in summa subjectione tenetur, & de ejus custodia magna cura habetur; & circa ejus instructionem sollicitè studetur: ita fit circa Religiosum. B. Humbertus l. 4. ad omnes Religiosos.

*Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis.* Joan. 4. 38. Quot agricolæ, quot operarii, diu, noctuque, laborant, & sudant; ut pensionem, & census, Monasteriis exolvant: nosque Religiosi sine ullò manuum labore, in labores eorum introimus. Liberioriorem se nobis Dominus, quam Adæ, exhibet. *In sudore vultus tui vesteris pane tuo.* Gen. 3. 19. Nos verò panem, cibòque sumimus sudore alienò: ut scilicet, abjectà omnī curâ temporalium, solis celestibus adhareamus. Alvarez Illustr. 292.

Religio

Religiosus vera moneta est, quæ à Deo formata, vel expressa est. S. Ignatius M. ep. 3. ad Magnesianos. Admirandum spectaculum in cælis est Monachus super terram angelicam vitam agens. Lignum aridum, ex mandato Elisæi, ferrum securis de profundo aquæ extrahit; corpus autem Monachi, quod jejuniò exaruit, animam de profundo sursum attollit. S. Ephrem Paræn. 1. ad Monachos.

Si dicis, non soli Monachi ad salutem perveniunt; verum est. Sed qui certius? qui altius? illi, qui Deum solum conantur amare? an illi, qui amorem Dei, & amorem sæculi, volunt copulare? Sed forsitan dicit aliquis; quia & in ordine Monachorum est periculum. O rationalis creatura! an est hoc rationabile consilium? ut, quia ubiq; est periculum, ibi eligas manere, ubi est majus periculum. S. Anselmus ep. 3. ad Henricum amicum suum.

Qui in sancta congregatione usque in finem perseveraverit; etiam si imperfectus fuerit, propter multorum orationes, & merita perfectorum; ad beatum finem, Deus propitiùs, perveniet. Thom. Kemp. f. 2. ad Novit.

Deus Religiosos, quasi thesaurum pretiosum, securitatis causâ, Claustro Ordinis includit, & custodit. Unde de Religione dici potest illud Jerem. 51. 3. *ponam desertum ejus, quasi delicias; & solitudo ejus, quasi hortum.* Broyard. Religio.

Cor Christi sunt Religiosi, qui sunt intimi in corpore Christi, quod est Ecclesia. Hugo Card. in Pl. 21. Christum in sponsum admittimus, dum professionem facimus. Ex conceptibus divini amoris S. Theresiæ c. 2.

## §. III.

*Religiosorum finis, officium, virtutes.*

**L**oquere filiis Israël. Levit. 12. etiam Levitis. Nota: quando in Scriptura nominantur filij Israël; si sit sermo de re temporalis, excluduntur Levitæ; si de spirituali, comprehenduntur. Ut patet Deut. 27. 12. Apoc. 7. 7. Levitis enim, & personis sacris, incumbit; non temporalia curare & sapere, sed spiritualia. Cornelius hic.

*Ego autem tanquam surdus non audiebam &c.* Pl. 37. 14. Tria hæc in congregatione necessariò custodienda sunt tibi: ut scilicet, secundum Psalmistæ sententiam, velut surdus, ac mutus, & cæcus, incedas. Cassianus de cœnob. instit. l. 4. c. 41.

*Ficus protulit grossos suos.* Cant. 2. 13. Primi Religionum Fundatores erant, sicut ficus primi temporis, bonæ valde, & Deo grata. Jerem. 24. 1. Quibus aptes Os. 9. 10. *quasi prima poma ficulnæ. vidi Patres eorum.* de Ponte in Cant. 2. Exh. 22. §. 4.

*Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.* Cant. 4. 9. id est, ab unitate eorum, qui oculi sunt Religionis: quos summopere unitos inter se esse decet, ob bonum commune. Figura Ex. 25. 18. 20. Cherubim, respicientes se mutuo, versis vultibus in propitiatorium. Tales sint Prælati: nunquam odii causâ à se vultum avertant; sed se diligant: non titulo carnali; sed quia se intuentur unum in eodem Christo omnium propitiatore. Alia figura Cherubini,

quos fecit Salomon ex lignis olivarum omnino similes. 3. Reg. 6. 23. 25. *in mensura pari &c.* Præsulibus sit par mensura, & unum opus, unum cor, idem animus. Hoc est, quod alæ eorum in medio templi se contingant, & quasi amplexentur; mutuum sibi auxilium præstantes. Ezech. 1. 9. & 3. 13. animalia alata percutiebant se invicem; ad laudes Dei mutuo cohortantes. Psal. 132. 1. *quàm bonum, & quàm jucundum; habitare fratres in unum.* Ultimo versu: *quoniam illic mandavit Dominus benedictionem &c.* de Ponte hic Exh. 25. §. 2.

*Vos estis sal terra.* Matth. 5. 13. Non monet, sitis; sed *estis*: ut, quod sunt, perpendant; & necessitatem incumbendi proprio officio agnoscant. Univerſa, quæ à terrenis-hominibus appetuntur, (sive naturalia, ut proles, & delectabilia tactûs, aliorumq; sensuum; sive divitiæ, honores, imperia, & gloria; sive scientiarum, & artium notitiæ) indigent condimento vestro, ut salubiter appetantur; salubriterque ijs homines utantur. Cajetan. hic.

Idcirco nos ille elegit, ut simus quasi luminaria; ut veluti fermentum evadamus; ut magistri cæterorum efficiamur; ut velut Angeli cum hominibus versemur in terris; ut tanquam viri cum infancibus, quasi spirituales cum animalibus: ut ex contubernio nostro ingentia illi lucra conquirant: ut semina simus; ut fructum lætissimum afferamus. Nihil opus esset verbis, si in hunc modum vita nostra sanctitatis luce fulgeret. Nihil magistris opus esset, si virtutis probos actus proferremus. Nemo profectò gentilis esset, si ipsi, ut oportet, Christiani esse curaremus. &c. S. Chrysoſt. hom. 10. in ep. ad Theſſal. c. 3.

Noli virtutem negligere; sed totis viribus sanctificationem procura: quoniam ideo egressus es à Mundo. S. Ephrem. de virtute c. 9.

Monachus est perpetua naturæ violentia; sensuumq; vigilantissima, & indefessa, custodia. Joan. Clim. gr. 1. de ina. vitæ fuga.

Non satis est, quod istum locum expetivimus; si tales sumus, quales in sæculo esse poteramus. S. Zeno Ep. hom. 27.

Non te fallat, quicumq; ille es, numerus dierum, quos hic, relicto corporaliter sæculo, consumpsisti. Illum tantum diem vixisse te computa; in qua voluntates proprias abnegasti; quem sine ullâ regulâ transgressione duxisti. Id. hom. 31.

Scimus Monachi officium esse, non docere, sed lugere. S. Bernardus l. 64. in Cant.

S. Bernardus dicebat identidem: Bernarde! Bernarde! ad quid venisti? Vitæ c. 3. l. 1.

Laboriosa est reformationis tuæ Sexta; sed dulcia Sabbatha quietis sequenter. Gilbertus l. 11. in Cant.

Monacho nullus labor imponitur, nisi ut non laboreat: imò ut quiescat cum DEO suo, & totâ die delectetur in eo. S. Thom. Vill. conc. 3. de Als. V.

S. Thomas Aqu. admirabatur plurimum, quod frequenter ex ejus ore auditum: quomodo quis & præcipue Religiosi, possent de alio, nisi de Deo, loqui; aut de his, quæ ædificationi animarum serviunt. Boll. 7. Martii.

Verè quidem dixit: Religiosus sit turtur in cella, accipiter in Schola, in mensa passer; ut communià comedat: in ambulacro pavo, ut quietè incedat; nè quem turbet, aut excitet. Cornelius in Sap. 11. 21.

## §. IV.

## Religiosorum Regule.

**N**è transgrediaris terminos antiquos, quos possuerunt Patres tui. Prov. 22. 28. q. d. nè transgrediaris limites morum, quos Patres fixerunt; ut aliter agere velis, quam ab illis sancitum est. Cornelius hic.

Religiosus debet respicere Regulam, ut mulier vana speculum. S. Vinc. Ferr. de S. Franc. Seraph.

Verè optimum exemplum bene vivendi reliquit nobis omnibus JESUS Christus: ipse Magister omnium; ipse liber, & Regula, Religiosorum, Thom. Kemp. f. 3. ad Novit.

Multis monitis opus non est: tota perfectionis idea in Regulis nostris expressa est: ibi eam oculis mentis intueri potes. Vitæ P. Leslij c. 16. in ep. ad amicum.

## §. V.

## Religiosis pudor, vinci à Secularibus.

**P**onam hoc vellus lana in area &c. Judic. 6. 37. Serarius: Ecclesiastici (Religiosi) qui more velleris Domino sunt conjuncti; & esse debent molles, humiles, & benigni; solebant esse rore divinæ gratiæ, præ cæteris madefacti. Area verò, id est, populi sæculares, respectu eorum erant indevoti, aridi & duri. Sed verè hodie videmus contrarium: area magis est arida, quam vellus; Sæculares devotiores sunt, quam Regulares, Laici, quam Clerici; Subditi quam Prælati. Cornelius hic.

**Nunquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra? homo simplex &c.** Job. 1. 8. S. Ambros. in Pf. 37. quærit: cur ad dæmonem magis, quam ad sanctos filios suos, conversus fuerit Dominus? cum laudes S. Job enumerare voluit. Respondet, id factum: ut ireretur Invidus, & humani generis adversarius: laus enim inferioris condemnatio ejus est, qui de statu superiori dejectus est. Did. Nifs. fer. 2. D. 3. Quadr. §. 5.

**Erubescite Sidon, ait mare.** Isa. 23. 4. In Sidone figuratur stabilitas in lege positorem; in mari autem vita gentilium. **Erubescite ergo Sidon, ait mare:** quia ex-vita gentilium redarguitur vita sub lege positorem: atque ex actione secularium confunditur vita Religiosorum. S. Gregor. in Lib. Job. in Prof. c. 2. Vide plura ibidem.

**Ubi est? Apertis thesauris suis &c.** Matth. 2. 11. Ecce Reges, homines sæculares, regni negotia intermittunt, & Deum quærunt: quem tamen multi literati, & aliquando Religiosi, negligunt. Sacerdotes non dixerunt, ubi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me. S. Bonaventura l. 2, in Epiph.

**Vos autem, quem me esse dicitis?** Luc. 9. 20. V. Beda hic: non sunt enim Discipuli Christi de turba. Proh pudor! si Religiosus ita vivat quasi de turba esset. Angelorum vitam proficitur: ergo ut Angelus vivat. Alvarez in Gen. 47. Illustr. 292.

Utinam, fratres, nos sic essemus cupidi gratiæ spiritualis, quemadmodum sæculares homines pecuniæ temporalis! Debuimus, certè vincere in bono malum: & tantò amplius desiderare; quantò pretiosius est, quod desideramus. Sed utinam vel æquales esse possimus! Magna enim confusio, magna valde; quòd ardentius illi perniciosè desiderant, quam nos utilia: citius illi ad mortem properant, quam nos ad vitam. S. Bernardus l. 1. de altitudine, & lassit. cordis.

Verè magna confusio est Sacerdotum, & omnium Clericorum (Religiosorum) quando Laici inveniuntur Fideliores ejus, aut justiores. S. Chrysost. l. 4. in Matth.

Religiosus debet differre à Sæculari, sicut rosa domestica à sylvestri: quia sylvestres rosæ habent folia pauciora, quam hortenses. Sic virtutes debent plus abundare in Religioso, quam Sæculari. Item Religiosi debent differre à sæcularibus, sicut arbores hortenses à sylvestribus. Arbores sylvestres, id est, sæculares, licet faciant plures fructus, id est plures eleemosynas, quam Religiosi pauperes; tamen fructus, scilicet opera spiritualia hortensium, id est, Religiosorum, sunt majoris pretii, & meriti, propter obedientiam. Geminiiani l. 3. c. 67.

Ab Hispania Reccaredus, illarum gentium Rex, nuntium misit ad S. Gregorium III. quò significabat, feliciter tandem, post multas ærumnas, Visigothos, prius Arrianos, ad Christum adductos. Lectâ epistolâ S. Gregorius suavissimas lacrymas fundebat, gaudiò totus liquefcens. E contra, amulatione tanti successus, dolebat, Zelò animarum à Rege se vinci. Sic enim scribit l. 7. ep. 126. hæc me etiam contra me excitat; quòd piger ego, & inutilis, tunc inertè otio torpeo; quando in animarum congregationibus pro lucro cælestis patriæ Reges elaborant. Quid itaque ego in illo tremendo examine Judici venienti dicturus sum; si tunc illuc vacuus venero, ubi tua Excellentia greges post se Fidelium ducet? Et tamen tunc in Basilicis concionabitur, nudis pedibus solenni supplicatione iram DEI placabat: increpabat Constantinopolitanos Patriarchas; quòd arrogantia tartarèa in Christianos, Orientis Primatum raperent: Cæsares abducebat ab usurpata Apostolica jurisdictione: sacros ritus in Europa, Asia, Africa, promovebat: aiebat patrimonio suo Cœnobitas omnes, & mendicos Romæ. Nihilominus, non contentus sanctimoniam tantâ, flebat scribens: piger ego, & inutilis - nec acquievit, donec Reccaredo assimilandus Deo Anglos offerret, suâ industria creptos idololatriæ naufragiò. Oliva t. 3. conc. 22. in festo S. Andrea.

## §. VI.

§. VI.

**Religiosus non sit delicatus, non querat commoda.**

**Ejice ancillam hanc, & filium ejus.** Gen. 21. 10. Ajebat Bernardus: Ismaelem, nempe delicias carnis à servis Jesu ejici; Isaacum verò, cordibus mentisq; voluptates non facile immolari. Gen. 22. 10. Nunc vero lacrymas suas sistere ipse potest, & nos nostras inhibere nequimus. Quam facile enim Isaac immolatur, tam difficile Ismael extruditur. Quis enim orationes, victimas, lectiones, aut non imminuit, aut non omittit, levi de causa? Si nugaturus accedat quis, abrumuntur quietis nocturnæ spatia: si exeundū in agrum sit; sacrificii hora coarctatur in quadrantem at Ismaelem quis expellit? ausim dicere: nec in Parasceve, quæ Christus felle potatus, passuros nos vinum; non dico si acefcat; sed si mella non æquet, & nectar. Oliva l. 3. Strom. §. Communicantes Christi passion.

**Ecce Esau nunc ergo fuge ad Laban fratrem meum.** Gen. 27. 43. Quanta ibi amore vitæ passus? Gen. 31. 40. die nocturne, astu urebar &c. Cur Jacob, adeo delicate nutritus, apud Labanum adeo anxios non recusat labores? quia tetendit, ut persecutoris evaderet iram, non ut in deliciis viveret. Naxera in Jos. 2. §. 11.

**Supponens capiti.** Gen. 28. 11. Hic erubescere possunt Religiosi, qui cervicalia mollia tantâ ambitione quarunt; & etiam dorsalia femoribus, & lumbis, subtilerunt: ut, si videas, pures sponsas, non Monachos, ibi federe. Hugo Card. hic.

**Myses pascebat oves.** Ex. 3. 1. Iram Pharaonis fugiens. Jam degit in mapalibus, qui aurel micans nuper inhabitabat palatium: gaudet vel pastoritii laboribus; & quia vitâ fruitur. Nam ejus studium erat, ultrices manus frustrare, non temporalis vitæ commoditates ambire. Naxera cit.

**Quis dabit nobis ad vescendum carnes?** Num. 11. 4. anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo. Num. 21. 5. Israelitæ in Ægypto piscibus vesciebantur; totaq; mensa porri, & cœpæ, erant: & in deserto carnibus ardentem inhiant. O quoties, quod tunc Hebræi semel; virtutis, austeritatisque, professoribus contingit! Naxera in Jos. 7. §. 27.

**Deest panis, non sunt aque &c.** Num. 21. 5. Quid clamatis audacissimis vocibus in atrio domus Domini? *desicimus.* Num sacra, num oratio, num cinis, luctusque, desunt? qui ea ad fastidium suppetunt. At plausus, theatra, libertas, desunt. Ergo, in morem Hebræorum, celestis vos tædet ænonæ? Quod si fluente mannâ illis non licuit panem, frigidamque, optare, quin moreretur; licet vobis in Azymo furfur esurire? Quâ ratione, qui cœli pane saginaris, flagrare cupiditate gaudium potes? Oras, & luges? litas, & ureris? lacrymaris, & psallis? Doceat te Syrus Naaman peregrinos latices fallidire: nam si ille Jordanem Abanæ præferre recusabat; cur tu Jordanem Nilo posthabeas? Oliva l. 1. Strom. §. Deest panis.

Achan Jos. 7. 1. 21. Inter Ægypti vincula nuper pannosus, in terra promissionis cocineam ambit vestem. Naxera in Jos. 7. §. 27. Vide S. Bernardum hom. 4. sup. Mils. tom. 2.

**Suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum.** Jos. 20. 4. Carebant illi peregrini pretiosâ suppellectili; locus arctus, nec cibus lautus: imò gaudebat profugus vel angustissimum in civitate refugii invenisse habitaculum, quò evaderet vitæ periculū. Miror, dum cogito, me, ut ultrices peccatorum meorum effugerem flammam; confugisse ad Religionis asylum; ibique eas corporis commoditates cupere, quas vix in seculo habuissim. Naxera in Jos. 20. §. 11.

**Vas ergo erat positum acetò plenum &c.** Joan. 19. 29. Oblatum est Domino in cruce fel cum amaritudine, spongiâ, & aceto: & hœc modò cuilibet Religiosæ offeruntur. Nam fel est amaritudo ex carne; arundo est rigor disciplinæ; acetum est severitas Prælatorum; in spongia cibi, & pannorum vilitas. S. Bonavent. in Pl. 137.

**Data sunt mulieri ale due aquile magna, ut volaret in desertum locum &c.** Apoc. 12. 14. Desertum petit, ubi nullæ deliciae, nullæ commoditates; imò horridus locus; spinis, ac sentibus, squallens. Olim stellis fulgida, modò in desertorum caligine abdita: quia ibi anxia, hic quiescit pacatissimè lata. Fugiebat serpentinam iram; nec curabat corpori commodum, dum tuendæ vitæ invenerit refugium. Naxera in Jos. 20. §. 11.

Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano; qui vix milio, & cibariò pane, rugientem saturare ventrem poteram: nunc simulam, & mella fastidio. Novi & genera, & nomina, piscium, in quo littore concha lecta sit, calleo; saporibus avium discerno provincias; ac ciborum me raritas, ac novissimè damna ipsa delectant. S. Hieron. ep. 2. ad Nepotianum de vita Clericor.

Cur Mundo renuntiasti charissime, si Mundana adhuc oblectamenta quæris? Ad tribulationem vocatus es; & tu requiem quæris: ad nuditatem, atque inopiam; & tu vestium ornatum sectaris? ad sitim perferendam; & tu vinum potitas? ad bellum; & tu sine armis in cœleste regnum ingredi cupis? S. Ephrem de pœnit. ac respicientia.

Omnes nimirum, ex quo Monachi sumus, infirmos stomachos habemus: & tam necessarium Apostoli de utendo vino consilium meritò non negligimus: modicò tamen, quod ille præmisit, nescio cur prætermisò. S. Bernardus Apologia ad Guilielmum Abb.

Ideo vinum, carnes, conjugia, & multa his similia, Monachis postponenda perpendimus; ut, abstinendo à creaturis, Creatori arctius placeamus. B. Petrus Dam. l. 6. ep. 23.

Noli frater, noli gulæ, vel carnis deservire libidini, qui te militem spondidisti sobrietatis auctori. Pudeat te carnium voluptatum esse vernaculum; nec collum tuum, ingenio Christi

Christi jugo submissum, vinculis se subiciat barbarorum. Non Eglon Rex Moab; Judic. 3. 17. 21. sub sua te ditione possideat; sed tecum simul Aoth illum inopinato pugione confodiat. Nec Agag Rex Amalec cum terreno Israel. 1. Reg. 15. 14. sub suo te imperio comprimat; sed cum Samuel te per artus in frustra concidat. Non te destructor ille Jerusalem, 4. Reg. 25. 10. delectet: qui, quoniam illecebrarum suggerit oblectamenta carnalium, super coctos habere dicitur principatum. Id. ep. 24. ad quandam Monachum.

## §. VII.

*Religiosus magna spernens, non vincatur minoribus.*

*Converte gladium tuum in locum suum.* Matth. 26. 25. S. Leo serm. 6. de Pass. superfluum erat, ut, qui volebat præsidio angelicarum virtutum juvari, vellet se unius Discipuli oppositione defendi. Fugiamus & nos, qui magnalia Mundi abnegavimus, de parvis consolationem querere, qui plenas mensas abjecimus, ad micam anhelare. Bæza t. 1. l. 1. c. 11. §. 12.

*Cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem; fugit iterum in montem ipse solus.* Joan. 6. 15. Expende, quod à populorum regno fugiens, etiam à Discipulis fugit, & solus abiit. Cur & Discipulis relinquit? Nec videretur paucorum ducatu teneri, qui populorum regnum tam facile dimittit. Fœdum est, si magna reliquiti, illigari parvulis, & frivolis: qui ignitas diaboli excussit sagittas, cedere fulgentibus Mundi scintillis. Id. t. 2. l. 6. c. 5. §. 15.

*Videte vosmetipsos, ne perdati qua operati estis; sed ut mercedem plenam accipiatis.* 2. Joan. 8. Fervor noster, ut hedera Jonæ, idem maturè crescit; ut, quod festiviùs Jonam recreaverit amoenitate foliorum, eò durius illum ad mortem usque cruciet; in lucis ortu miserum passus occasum. Nimirum gigantes nascimur, & vivimus pusiones. Meridie expandimus in aurora, noctem meridiei invecuri. Quis Monachorum non exultavit ut gigas ad currendam viam? Pf. 18. 6. prorsus à summo celo egressio ejus. At, ubi carceres excefferit, non unius in medio stadio oblitus bravii obrigescit in lapidem &c. Oliva l. 4. Strom. §. Videte vosmetipsos. Vide hinc plura.

Abstine à servo DEI tale inquinamentum, ut patientia, majoribus tentationibus preparata, in frivolis excidat. Tertull. l. de patientia.

Nullus magis illicita vitare debet, quam qui respuit quod licebat. S. Cæsar. Arel. hom. 16.

Multi in Religione non pubescunt, mediâ licet ætate: quod reculis opacati ad frugem coqui non possunt. Doleo, tantillis nos rebus à consecutione summi boni disturbari. Ut gigas, non molâ, sed lapide. 1. Reg. 17. 50. at simulachrum Babylonicum non monte, sed

lapillo, Dan. 2. 34. conciderunt: ita maxima minimis everuntur: qui fluminibus innatant, stillicidio pereunt. Oliva l. 6. Stromat. §. Jam hycms transit.

Ego sanè vix ullum in Monasteriis novi, qui præcipua, & essentialia Religionis, non ultro subeat. Pater dimittitur, patria deseritur, patrimonium abdicatur, purpuræ valedicitur, vota Deo litantur: at minima non facile, aut abdicantur, si placent; aut, si desipiunt, tolerantur. Purpuram nolumus; sed lacernam odimus: fallidimus palatia; sed angulos horremus. Nullus non Hebræorum mare transmisit; Jordanem verò non omnes transiére. Num. 32. 5. Id. l. 10. Strom. §. Hoc sentite in vobis &c.

## §. VIII.

*Religiosus non amet Sæculum, Cognatos &c.*

*Ecce sagittæ intra te sunt, - tu veni ad me &c.* 1. Reg. 20. 22. dicebat Jonathas ad David. Si intus sagittæ; si Dei amor recludit te in cellula; nec affectio ad Sæculum trahit; *pax tibi est securitas*, atque signum electionis. At si *ultra te sunt*: si affectio tua ad propinquorum obsequium, ô Religiose, exierit, & ad Sæculum; *dimisit te Dominus*, Escofar tr. 3. Coll. Chr. l. 6. obf. 2.

*Expoliari me tunicâ &c.* Cant. 5. 3. Tunica occupationes hujus Sæculi figuratè denuntiat. V. Beda hinc.

*Vos estis sal terræ.* Matth. 5. 13. Sal extrahâ maris aquâ, & congelatâ solis calore, fit. Itâ Monachi, qui ex Mundo erepti, orationis calore in salem convertuntur. Si autem salem in mare projeceris, dissolvetur in aquam. Itâ Monachus, in monasterio factus sal; si iterum Mundum ingreditur, & cum secularibus conversatur; Mundanus fit, ut antè fuit. Stella in Luc. 2.

Quemadmodum vincula, & catenæ, aquilæ; itâ & Monacho sollicitudines Mundi. S. Ephrem Paræn. 50.

Quemadmodum turpe est, virum, ætate provecum, in cinere, aut pulvere, confidentem, puerilia describere: itâ turpe, imò longè turpius est, eos, qui de rebus æternis perfruentis debent esse solliciti, in rerum terrenarum pulvere volutari; & studiorum turpitudine professionis suæ fœdare perfectionem. S. Nilus lib. ascet.

Monachus pauper, est tanquàm aquila in sublime volans: quæ tunc ad escam se dimittit, cum urget necessitas. Id. or. 3. de avarit.

## §. IX.

*Religiosus vitet commercium Secularium.*

*Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum; terribilis nimis.* Judic. 13. 6. ait mater Samsonis ad virum suum. Ubi autem secundum ejus annuntiavit adventum; ait: *ecce apparuit mihi vir, quem antè videram.* v. 10. Ecce quomodo imminuta est autoritas sapius redeuntis ad mulierem: primâ vice *vir Dei* Angelo propior, quàm homi-

ai,

ni, vocatur, in secundo adventu *vir* tantum dicitur. Si tertio apparuisset; timeo, ne spectrum vocaretur. Si semel mulieri apparueris, vir Dei, & Angelus Domini, habebis: si sapius compareas, vix homo habebis. Ad eum nihil non vile est, quod frequens & obvium, est. Oliva l. 10. Strom. §. Vir Dei.

*Exultavit in gaudio infans in utero.* Luc. 1. 44. In toto Evangelio nullibi legitur S. Joannes exultasse; nisi in ventre matris inclusus. Religiosus extra cubiculum, & monasterium, non exultet, & leviter latetur. Diez. conc. 2. in Visit. B. V.

*Venit in omnem regionem Jordanis.* Luc. 3. 3. Fugiamus civitatum, & vicorum, celebritates: ut, qui in civitatibus, & civis, habitant, ad nos concurrant. Amemus solitudines: ut, qui nos in praesentia fugiunt, ad nos pelliciamus. Joannes quidem Baptista in solitudine verfabatur; & civitates ipse cum hominibus ad eum confluebant. S. Nilus lib. ascet.

Errat, Pater, errat, qui confidit se simul & Monachum esse, & curiae deservire. Quam male meretur, qui Monachorum praesumit clausura deferere, ut Mundi valeat militiam bajulare. Undis erutus sanus est piscis, non ut sibi vivat, sed ut alios pascat. Vocamur, attrahimur; sed ut alios pascat. Vocamur, attrahimur; sed ut vivamus aliis, moriamur nobis. Amat venator cervum; sed ut sibi faciat cibum: persequitur capras, lepuseculos insectatur; sed ut ipsi bene sit, illa nihil sint. Ament & homines nos; sed non nobis, sibi met diligunt; in suas nos vertere delicias concupiscunt. B. Petrus Dam. l. 2. ep. 17. ad Desiderium Abb.

Apud saeculares Religiosus quisque; veluti pictura est: pictura siquidem, si procul assistat, in hianter, & cum aviditate prospicitur; si juxta sit, contemptibilis judicatur. B. Petrus Dam. opusc. 12. c. 26.

§. X.

#### Religiosi mali.

*Fugit Adonibesc: quem persecuti comprehenderunt; cassis summitatibus manuum ejus, ac pedum.* Judic. 1. 6. Adonibesc interpretatur dominator egestatis. Et Prov. 10. 4. dicitur: *egestatem operat a est manus remissa*, id est, pigra. Reges dicuntur viri Religiosi, juxta illud Eccl. 48. 8. *qui ungit reges & penitentiam*, Religiosi deberent quidem se, & alios, regere, per vitam, & doctrinam: sed aliqui habent manus, & pedes, amputatos per acediam. S. Bonaventura Diet. Sal. c. 7. de Acedia.

*Multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes.* Pl. 76. 18. Nihil mitius nubi- bus, nihil delicatius, nihil mollius. Verum, quae aquam, roremque; terris blandè instillant; ut coeperint inter se collidi, ignes vomunt, fulgetra pariunt, mortem parant, fulmina ei aculantur. Quis credat? adolefcunt inter rores flammæ; undarumque; fulminumque; eadem sunt ca. na. Nimirum nulla discordia feralior, quam piorum. Ex aquis conflatae nubes, si secum ipsae luctentur, flammæ evomunt, & fulmina. Quantum terroris è sinu quam blando prodit! Quid tam frigidum, quam filix, & ferrum? si verò concurrant, flammæ edunt. Ex Angelis

*Polyanth. Sacra Tom. II.*

dæmones; ex Ecclesia hæreses; Judas ex Apostolis; ex manna vermes; ex pane vitæ mortis præjudicium: denique; ex optimis pessima emergere solent; ut coeperint depravari. Oliva l. 2. Strom. §. Multitudo sonitus &c.

*Bonum est Sal.* Luc. 14. 34. Sal vulnus acerbatur; sed sanat: carni integræ non nocet. Sic correptio molesta non probo, sed improbo. Stella hic.

*Dixit ergo unus ex Discipulis ejus.* Joan. 12. 4. In Marco 14. 4. leguntur Discipuli communiter mutmurasse, & dixisse: *ut quid perditio ista?* Sed major quantitas non excludit minorem. Et consuetudo Scripturæ est, imò & usus loquentium; ut toti communitati, vel Societati, adscribatur, quod à parte ejus emittitur. Dion. Carth. hic.

Quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in Monasteriis profecerunt; ita non sum expertus peiores, quam qui in Monasterio ceciderunt. S. August. ep. 137.

Illud velim, nè ignores: rugam unam tibi turpiorem esse; quam maxima, vulnera iis, qui in Mundo vivunt. Neque enim tam notabile, ac conspicuum in fordibus; quam in puris unius coloris vestibus, labes aliqua foeditatem habet. S. Gregor. Naz. orat. de fuco.

Vidit Jacob in scala angelos descendentes, & ascendentes. Gen. 28. 12. Nunquid stantem quempiam, sive sedentem? - aut ascendas, necesse est, aut descendas. Si attentas stare, ruas necesse est. Minime pro certo est bonus, qui melior esse non vult. Et ubi incipis nolle fieri melior; ibi etiam desinis esse bonus. S. Bernardus ep. 91.

*Expediit ei*, si quis est, qui scandala suscitavit in hac domo; in hac sancta, Deo placitâ; & Angelis ejus admodum gratâ, ac familiarî congregatione; *ut suspendatur in collo ejus mola asinaria*: &c. pro suavi jugo, ac levi onere Salvatoris; gravi mole terrenæ cupiditatis humeris ejus impositâ, demergatur in profundum maris hujus; quod est sine dubio sæculum nequam. S. Bernardus l. 2. in festo S. Michaelis.

Si fortè aliquorum negligentia ad perfectionem non assurgit; ipsi viderint, quid excusationis possint afferre: quoniam Apostolicam omnes nos vitam professi sumus. Apostolicæ professioni nomina dedimus universi. S. Bernardus l. quomodo voluntas nostra divina &c. Monachi, qui habent de Religione, præter solum habitum; sunt sicut tunica Josephi sine corpore. Gen. 37. 33. *Tunica filij mei est; sed fera pessima devoravit eum.* Et sicut simulachrum David sine eo. 1. Reg. 19. 13. Et sicut linteamina sine corpore JESU. Joan. 20. 5. B. Humbertus l. 18. ad Monachos nigros.

Religiosus indevorus, juxta panem moritur fame, juxta fontem moritur siti, juxta ignem moritur frigore. Sicut, quando vinum proclamatur in villa, per vinum, quod potatur in scypho, judicat homo de toto vino, quod est in dolio: Sic Mundus per con-

Bb bb

verla-

verfationem, quam videt in uno Religiofo, judicat omnes alios, qui funt in Monafterio. S. Bonavent. Diet. Sal. c. 20. de Religione.

Quod cancer oftreo, facit plerumque diabolus Monacho: cancer enim, quia oftreis delectabiliter vefcitur; & quia profpicit periculum (fi enim chelas immiferit, relabente tella coarctatur) foletter explorat; quando oftream fe contra folis radios aperiat: tunc clanculum immitit, & conclufionem oftrei impedit: ficque, hiantia claustra repetiens, interiora oftrei chelis decerpit, ac depalcitur. Quid oftream congruentius fignificat, quam Monachum? qui nimirum vivit, dum fub fientii cenfura concluditur: perit autem, cum ad loquendum immoderatus aperitur. B. Petrus Dam. l. 2. ep. 18.

S. Jordanus dicebat Praelato: cum diffolutus accidere, ficut pafiori: cui moleftior custodia unicus hirci, quam centum ovium. Bollandus 13. Febr. Apophthegmatum ejufdem c. 8. Utinam Mundus hos fibi fervaffet! ut quid enim Monafteria incolunt? Ut quid terram fancham calcant? quare elemofynas iuftorum devorant? quare Angelica fpiritualis exercitii gymnafia deliciis carnalibus contaminant? Si fordefcere volebant, in loco fordium permanere, non ad loca pietatis transfire debuerunt. Simplicem gehennam in Saeculo male viventes fibi comparaffent; duplicis gehennae fupplicio in Monafteriis negligenter viventes fe reos faciunt. Blofius in fpec. Monach. divif. 2. de malis Monachis.

Ecclefiaftici (Religiofi) multi fimiles Saturno; qui eft planeta caelo propinquiffimus; & ideo caeli influentiam maxime deberet participare: eft tamen planeta malevolus, tardus, terreus, ponderofus, frigidus, pallidus, Stella in Luc. 15.

## §. XI.

## De Religioforum veftitu.

**I**fraël diligebat Jofeph fuper omnes filios fuos - fecitq; ei tunicam pelymitam. Gen. 37. 3. Sic Deus juveni, dilectionis caufa, praeelevis, tunicam facit, & induit, Religionis. Jonghen. p. 1. pro facha veftitione Exh. 3.

**E**ductum de carcere Jofeph totonderunt ac veftem mutatam obrulerunt ei (Pharaoni) Gen. 41. 14. Rei in carcere comam, & barbam, aiebant; quali lugentes, & fquallentes, teftes Plutarcho de Milone: abfoluti vero comam, & barbam, deponerent, veftesque mutabant, in fignum laetitiae. Vocati ad Religionem liberati funt e miferabili fervitute. Id. ib. Exh. 4.

**Expoliavit fe Jonathas tunicam.** 1. Reg. 18. 4. Viator calore aeftuans tunicam exiit, Jonathas amore flagrabat. 1. Reg. 18. 1. diligebat Jonathas eum David quali animam fuam; ideo expoliavit fe. Sic Candidatus amore erga Chriflum aeftuans. Quares: cur Jonathas veftimenta potius dederit, quam

aliquid aliud? dare poterat, in fignum amoris, pecuniam, &c. Respondet Toftatus Abulensis in 1. Reg. quia Jonathas tunc non dabat donum aliquod, ut dicitur David; fed ut ei amorem fuum oftenderet: cum feipfum ei dare non poffet, dedit omnia illa, quae erant ipfi immediata. Dare ergo omnes veftes, erat quali feipfum dare totum. Dedit quoque arma fibi chariffima. Id. ib. Exh. 9.

**Mifit Elias pallium fuum fuper illum.** 3. Reg. 19. 19. Dicebat ei Elias, quod meum erat, feci tibi. v. 20. Sed non fatis hoc fibi ratus eft Elifaeus; Spiritum quoque ejus expetebat. 4. Reg. 2. 9. Non fat tibi fit, veftem Sancti Fundatoris portare; indue quoque Spiritum illius. Patres Carmelicae in veftitione fuorum fic orant: oramus ut minifterium, quod per nos exterius exhibetur, tu Deus interius per donum S. Spiritus exequaris. Id. ib. Eph. 7.

**Rex Ninive abiecit veftimentum fuum a fe &c.** Jon. 3. 6. Laured. in Sylva mort. humilitas. n. 6. Nicolaus Piccinus, Dux exercitus Philippi Ducis Mediolanensis, in agro Brixiano conclufus a Francisco Sfortia Duce Venetorum; cum ad fuos tuto venire non poffet, fe in sacco impositum bajulo tradidit portandum. Bajulus rogatus, quid portaret? Respondit, panem. Ita per medios hofte fecurus effugit: quia parvus erat; inclufus in sacco facile latuit. Et quia abiecit gloria confuetam, quam folet procedere, humilis sacco iuclufus delatus vice rheda, vel equi generofi; liberatus eft ab hofte. Sic Rex Ninive, obfeffus & conclufus divinarum comminatione plagarum; ut immunis evaderet, indutus eft sacco; ficque liberatus. Achab Regi fclerato plurima mala comminatus fuerat Elias: ille, ut malorum oblidionem, quam veluti conclufus detinebatur, evaderet; fcidit veftimenta fua, & operuit cilicio carnem fuam; jejunavitque, & dormivit in sacco, & ambulavit demiffa capite. 3. Reg. 21. 27. ficque comminatas poenas evafit. Id. ib. Exh. 21.

**Induite novum hominem &c.** Eph. 4. 24. Democritus ridens. Doctor quidam togam holericam lacinias pretiofis Zobelinis, interiora vero, ad fumptus vitandos, ovillis fubduci mandavit. Ei quidam obvius ait: bona fortuna te in tam pulchra veftem comitetur. Sed, quaefto, dic mihi: an interiora exterioribus his refpondeant? Cui Doctor: non aufim hoc dicere: praetextas, quales funt, vides; at reliquae funt ex eo genere, quo tuae. Si quempiam Religioforum Saecularis interroget: an interiora refpondeant exterioribus? cogetur cum verecundia refpondere: non aufim hoc dicere. Praetextas, quales funt, vides; fanchus nempe habitus Religionis: at reliqua, cogitationes, opera, &c. funt ex eo genere, quo tua, indifciplinata nimirum, & faecularia. Id. ib. Exh. 27.

Vestis

Vestis mutatio interiorum cordis, atque animi, mutationem significat: idque monet, quantum habitus ille à vulgari habitu differt; tantum etiam vitam, & mores, discrepare debere. S. Dionysius lib. de Eccl. hierach. c. 6.

Cum Angelicum feramus habitum, unam cum diabolo militiam gerimus. Habitus quidem est angelicus; at vita mundana. S. Ephrem ad correct. eor. qui in clui vivunt.

## TITULUS IX. RELIQUIÆ SACRÆ.

§ I.

### Honorandæ, estimandæ.

**Q**uid est, quod tenes in manu tua? Ex. 4. 2. Hæc virgâ, ejusque metamorphosi, significabantur vices Hebræorum, sive tres eorum status in Ægypto. Hebræi enim virgam, id est, sceptrum, & principatum tenebant, vivente, & regente, Josepho. Quod vitâ sancto virgâ hæc in terram projecta est, & versa in colubrum: quia Hebræi prius chari, post mortem Josephi exosi fuere Ægyptiis. Rursum hic coluber in virgam versus est, in manu Moÿsis: quia populo suo rursus sceptrum, libertatem, & dominationem, attulit. Hujus virgæ Mosaicæ partem inventam esse annò Christi 1008., ad eamque ex Gallia, Italia, aliisque provinciis, confluisse plurimos, narrat Baronius annò dicto. Cornelius hic.

Tulit quoque Moÿses ossa Josephi secum. Exod. 13. 19. Procopius hic: Hebræi, quia carnalia sectabantur, iusti sunt mirum accipere aurea, & argentea, vasa. Exod. 11. 2. Moÿses eligit iusti viri ossa, quæ præfert immentis Ægyptiorum thesauris.

Portaretur ab Angelis. Luc. 16. 22. S. Chrysostomus hom. de Lazaro: non suffecerat ad portandum pauperem unus Angelus; sed propterea plures veniunt; ut chorum lætitiæ faciant. Gaudet unusquisque Angelorum tantum onus tangere. Ut nos sacras reverenter adimus reliquias, sic illi magna cum veneratione ulerosum corpus attingebant. Significabant, quanti ætinent corpus, quod pro gloria DEI multa tulerat. Addit Chrysostomus, sed in sinum Abraham portatus est, ut illum tangeret. Did. Nisifer. 6. D. Quadr. §. 2.

Venit in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar. Joan. 4. 5. Citò illuc pergit, ut eam suâ præsentia honoraret. In illo prædio jacebant sepulta ossa Joseph. Jos. 24. 32. ibi tanta bona præstat. Nam ob Sanctorum reliquias in aliquo loco commorantes, multa habitatoribus illis bona Dominus largitur. Sylveira hic.

Vidi subtus altare etc. Apoc. 6. 9. Alluditur hic ad antiquum, & communem, Ecclesiæ ritum, quæ ex sanctione Felicis P. I. mandat, corpora Martyrum sepeliri sub altari, ut docent S. August. l. 11. de Sacerdot. Sac. Tom. II.

Etis, Anselmus, Richardus, &c. Quia Martyres DEO immolati instar holocausti: ut sepulchra eorum orantibus ad altare essent continuum excitamentum devotionis, virtutis, spiritudinis. Hinc Sacerdos accedens ad altare & osculans, dicit: *oramus te, Domine, per merita Sanctorum, quorum reliquias hic sunt.* Sylveira hic.

Nos, qui suspicimus reliquias Sanctorum, à Vigilantio appellamur cinerarii, & idololatæ; qui mortuorum hominum ossa veneremur. S. Hieron. epist. 53. adv. Vigilantium ad Riparium Presbyter.

Quando iratus fuero, & aliquid mali in meo animo cogitavero, & me nocturnum phantasma deluserit; basilicas Martyrum intrare non audeo: ita totus, & corpore, & animo, contremisco. Idem ibid.

S. Hieronymus in vita S. Hilarionis narrat: eum in Cypro prope urbem Paphum objisse, indeque post decem menses Helychium, Hilarionis discipulum, clam furatum fuisse corpus Sancti; & in Palestinam, ubi primum ejus monasterium fuerat, transtulisse; quod cum scemina sancta, Constantia, quæ in urbe Papho morabatur, audisset; statim præ mœrore ex tristi nuntio mortuam. Alterum è duobus signum illud, quod nobis in bonum factum est, persuadet; quod aut placitus Deo sit locus, aut sibi placitum facere velit; ad quem, tantæ sanctitatis virum, à sinibus terræ, moriturum, sepeliendumq; perduxerit. S. Bernardus in transitu S. Malachie.

Dicere tibi volo de alio thesauro, qui non dum est in cælis; sed est vobiscum in terra. Hic thesaurus est, reliquias, & corpora, amictorum; sive putrida sunt, vel recentia; sive conversa sint in cinerem, & pulverem, sive non: ipsa sunt certissimè thesaurus meus. Revel. S. Brig. l. 7. c. 4. Verba Chr.

Pragæ allatio prima reliquiarum, quas Carolus IV. in diversis mundi partibus magnis obtinuit precibus; easque aurò, argento & gemmis, pretiosissimè ornatas, donavit Ecclesiæ Pragensi. Inter illas DEI paræ Virginis cingulorum duorum partes duæ allatæ 2. Febr. S. Petri Apostoli baculi pars. S. Gregorii M. caput. S. Philippi Ap. brachium. S. Crucis partes duæ. S. Joannis Evang. pars tunice, S. Pauli Apost. pars baculi, S. Annæ digitus. S. Petri Ap. catenæ pars. DEI paræ pepi pars. S. Lucæ Evang. caput. S. Clementis Papæ M. catenæ. S. Stephani Protom. caput. Bolland. addit. ad 2. Jani Bb bb \*